31 May 1329

Dudum in Curia nostra mota quaestione inter Petrum Demoreriis et ejus in hac parte consortes ex parte una et Procuratorem nostrum et Praepositorum monetariorum et operariorum monetae nostrae Tholosanae ex altera, super eo quod dictus Petrus nominibus quibus supra dicebat quod licet olim pro ipso et ejus in hac parte Consortibus fuisset quaedam deffinitiva sententia lata per magistros monetae nostrae Tholosanae et subsequenter

Du vol. 1. cotté 3. fol. 193.

senescallus noster Tholosæ seu ejus —
Commissarius ex commissione Regia
speciali ipsis partibus judicialiter ad
plenum auditis per suam sententiam
diffinitivam pronuntiasset et declarasset
prædictam sententiam per ipsos magistros
tunc monetæ Tholosanæ ut præmittitur
latam fore Executione demandandam et
demum appellatio quam ob declarationem
et pronunciationem prædictas iidem —
Praepositi ac eorum consortes ad nostram
Curiam emiserant per judicem in causa
appellationis hujus modi a Curia nostra
datum fuisset propter lapsum fatalium
ut de sententia sententialiter pronuntiata,
et dicto senescallo pro Executione dictæ
primæ et principalis sententiæ remissa
nihilominus prædicti Episcopi et eorum
in hac parte consortes executionem
prædictam senescallum Executioni demandari
rejectis que et nonobstantibus partis

aduersa impedimentis quibuscumque alias
plures rationes super hoc proponendo
praefatis Procuratore nostro et praepositorum
et monetariorum praedictorum ex aduerso
proponentibus et dicentibus praedictas
sententias non debere executioni demandari
quam plures rationes nullitatis, et alias
super hoc proponendo auditis igitur in
Curia nostra partibus antedictis visisque
sententiis et rationibus partium diligenter
attentis per judicium dictae Curiae dictum
fuit praedictas sententias fore Executioni
demandandas nonobstantibus propositis
ex aduerso. datum die ultima Maii anno
xxxix. P. e Alaniani eR.